

- 119 Negotia coarctata ad acta certa ex eisdem probantur. & quod ibi non reperitur, presumitur non adfuisse.
120 Acta ea, qua presentata non fuerit coram Ecclesiastico iudice, etiam appellationis justificationi necessaria, ad violentie remedium nihil prosunt, nec in Senatu admittuntur.
121 Acta coram iudice a quo non visa, non prosunt coram iudice ad quem, ad justificandum appellationem ab interlocutoria, quia ex antiquis, non autem novis gravamen detegendum est.
122 L. 36. ibi, el qual trahido fin dilacion lo veau, y si por el les constare, &c. interpretatur.
123 Acta noviter quando presentari debent coram iudice Ecclesiastico ad effectum reponendi suum gravamen, & adherendi interjecta appellationi, & tradi ad Senatum eadem acta.
124 Provisionis ordinariae si iudex neutram partem adimpleat, secunda iussio (dicta sobre carta) expeditur.
125 Secunda iussio, nempe, sobre carta, expeditur aliquando (raro tamen) cum expensarum multa solvendarum, sive a iudice, sive a notario, per quemlibet fuerit, processum non mittere.
126 Nuntio adducenti processum ad Senatum in eo salarii taxatum prestari iubetur procuratori querelatis.
127 Expensis actum petentis quod petitur faciendum est.
128 Expensis appellantis sit actorum exportatione ad superiorem, quia ille tenetur ad expensas actus, qui instat pro illo actu.
129 Provisione ordinaria assignatur brevis terminus iudici, & tabellioni ad mittendum processum, & quod certioretur pars adversa de actorum exportatione, ut intra illum terminum in Senatu compareat, si sibi visum fuerit, ad informandum, &c.
130 Provisionis intimatio facta parti non est certioratio, sed certioratio non ardens ad comparandum, quia ejus persona in hac cognitione extrajudiciali non est necessaria.
131 Monitionem simplicem quilibet secularis iudex facere potest clerico, ut de aliquo certioretur, ut constituantur in mala fide aut mora, & ut certioratio illi praestet prejudicium.
132 Monitio a citatione differt, quia illa nullam arguit superioritatem monentis, & sic a iudice laico fieri potest clerico.
133 Citatio, si sua putaverit interesse, potest a iudice laico fieri clerico.
134 Clericus comparat virtute citationis (si sua putaverit interesse) que potius est incitatoria, & certioratoria, iudicis laici iudicio & sententiae stare cogitur.
135 Clericus citatus (si sua putaverit, &c.) comparens, & docens de suo interesse, & possessione, an officiatorem necessarius, remissive.
136 Inventarii in confessione possunt inter alios legatarii clerici citari per iudicem laicum.
137 Informatio ad Curia instructionem dumtaxat est extrajudicialis, etiam si ex testium assertionem sit facienda, qua nec citationem requirit.
138 In informatione ad Curia instructionem nullam non proceditur jurisdictionaliter, sed forma juris omisita.
139 Citatio partis non est necessaria, quando iudex aliquid facit ad sui instructionem.
140 Citare non est necesse cum, qui praesens iuste non potest contradicere, nec aliquam potest defensionem allegare.
141 Citatio non est necessaria, quando Princeps extrajudicialiter procedit.
142 Intimatio provisionis ordinariae absque scrupulo faciendum est, quod non sit citatio, sed simplex monitio non supponens jurisdictionem monentis, & a quolibet iudice facienda.
143 Processus inspectio in Senatu suspenditur durante termino provisionis regia, donec pars certiorata veniat intra illum vel mittat legitimum procuratorem.
144 Processus inspectio suspenditur, quousque pars quere-

- lata veniat durante termino provisionis, quo transactio parte appellante, & instante inspicitur processus, si sit traductus.
145 Provisione ordinaria intimata parti appellatae ipsi comparenti & transactio termino, si querelans sit absens, & secum habeat ordinariam, quomodo consulatur, ut sit semper securus.
146 Et quomodo ei hoc casu interim sint rescindende expensa, ab adversario praestanda.
147 Querelans de violentia si malitiose nolit uti provisione ordinaria, mirifice consulitur adversario comparenti per aliam provisionem, & quid contineat.
148 Remedium ad praesidium innocentium inventum, non debet esse praesidium iniquitatis.
149 Iudex Ecclesiasticus rogatur a Senatu, ut per terminum 60. dierum absolvat excommunicatos, interim dum articulus violentia decernitur.
150 Cognitio violentia, & processus inspectio an sit suspendenda nolente Ecclesiastico absolvere.
151 Appellare licet etiam excommunicato, uti reo necessario in appellatione.
152 Extrajudiciali appellatione uti non potest excommunicatus.
153 Recursus ad Regem est actus extrajudicialis.
154 Rogitus Principis, & superioris inducit mandatum, praesens necessitatem.
155 Inspectionem processus non suspendi ob denegatam absolutionem verius defenditur, & an cogi possit praesens Ecclesiasticus adimplere rogatum absolutiois.
156 Excommunicatio post legitimam appellationem est nulla ipso jure.
157 Excommunicare potest iudex illegitime appellantem pro executione suae sententiae.
158 Senatus non potest ante actorum inspectionem adstringere Ecclesiasticum, ut excommunicatum absolvat, quia interim de violentia excommunicatione non constat.
159 Senatus iudicem Ecclesiasticum nolentem deferre virtute provisionis ordinariae ad id non cogit, cum nondum de violentia constat.
160 Concil. Trident. sess. 25. de reform. c. 3. ponderatur.
161 Defensionis legitime modus exceditur, si fiat id sine quo vis tolli possit, & periculum evitari.
162 Absolutio excommunicati nec consequenter, nec antecederet est necessaria, ad tollendam violentiam, nec in aliquo est impedimentum ejus negatio.
163 Defendendo se etiam in iudicio admittitur excommunicatus.
164 Excommunicatus ad appellationem iudicalem admittitur, quatenus est species defensionis.
165 Recursu Regio pro nulla defensione violentia posse excommunicatum uti, determinavit Rota.
166 Recursus Regius sumus est gradus defensionis naturalis appellatio aut extrajudicialis vim habet coactionis.
167 Excommunicatus sicut non potest agere, & convenire, ita nec appellare extrajudicialiter.
168 Excommunicatus potest appellare extrajudicialiter a iudice, secus a parte.
169 Rogitus Principis, & superioris inducit mandatum in iis, in quibus potest mandare, non in aliis.
170 Iudex Ecclesiasticus anteaquam constet notorie de violentia per actorum inspectionem, non potest cogi, excommunicatum absolvere.
171 Rogitus in provisione ordinaria suam literalem significationem retinet, nec aliam patitur natura negotii.
172 Rogitus absolutiois inducit praecipuum post actorum inspectionem, & dato decreto violentia.
173 Urbanitas, & rogantium honor debitus adstringit iudicem ad absolutionem, & uti liberalitate propria.
174 Provisio de ruego ad absolvendum ubi sit periculum, quando, & quomodo concedendum.
175 Potestati iudicis non quidquid relinquitur, submittitur juris necessitati.

Poenarum

- 276 Penarum insertio foret contra substantiam, & naturam provisionis de ruego suo primo mobili repugnans.
177 Senatos, quibus moveantur ad expediendam provisionem de ruego, & quibus etiam ex urbanitate Ecclesiasticus implere adstringatur.
178 Provisio de ruego quando simulata negatione absolutionis denegetur, & ad processum inspectionem deveniat Senatus.
179 Provisio de ruego alia expediri solet, quando semel absolutionis lapsus est terminus ante actorum inspectionem, & articulus violentia terminationem.
180 D.I. Regia 36. ibi: Y si por elles constare, que la appellacion esta legitimamente interpuesta, alçando la fuerça, provean, &c. interpretatur, & multa difficultates resolvuntur.
181 Senatos in tollenda violentia, non se intromittunt in causa, & negotio principali, nec circa justitiam, aut injustitiam appellationis, sed de illa apparte notoria actorum inspectione.
182 Cognitio, an appellationi sit deferendum respectu iudicis a quo, est quid facti separatum a causa principali.
183 Cognitio, an sit deferendum respectu iudicis a quo, non requirit jurisdictionem.
184 Iudex a quo juris ministerio, etiam non deferens iusta appellationi inhibetur.
185 Senatos longe minorem cognitionem extrajudicalem habent, quam iudex a quo carente jurisdictione, quia iste desert, Senatos praecipuum deferendum ab alio.
186 Recursus Regii finis est, ut iura, & decreta Canonica serventur, quo opprimentis impetus deteneatur, interim quod securus queat superiorem adire oppressus.
187 Cognitio vera super appellatione, & executione attentata propria est superioris ad quem est appellatum.
188 Deferre, vel non deferre appellationi, non facit jus inter partes, nec quoad iudicem ad quem.
189 Senatos suppremi in tollenda violentia sunt ministri Ecclesiae, dirigendo iudices indiscretos per legitimos juris tramites.
190 Decretum violentia, quo vim non fieri declaratur, non impedit iudici superiori appellationis, cognoscere de attentata executione, & circa illa de jure pronuntiare.
191 Decretum violentia, non facit instantiam, nec transit in rem iudicatam, sed ei statim, donec superior aliud causa cognita censat.
192 Senatus non se intromittit in cognitione justitiae, aut injustitiae cause principalis, que illibata semper remanet superiori.
D.I. 36. ibi: Porque las partes puedan seguir su justicia ante quien, y como devan, verus sensus, ibid.
193 A superiore gravante in revocatione executionis factae ab executore (sive super illa sit aditus Senatus sive non) potest appellari, & pro violentia hac nova recurri ad tribunal sub cuius districtu hic superior deget.
194 A Cavallos cavendum est, dum hallucinari videtur, quod superior non possit revocare executionem stante decreto Regio.
195 Decretum Regium super articulo violentia non est in consideratione, quominus superior, postquam est aditus, possit de justitia executionis, & attentati inferioris cognoscere.
196 Finis dum habetur non curatur de medio.
197 Cognitio superioris saper attentata executione inferioris novus est articulus, nova persona, novum factum, & novum gravamen quo nova interpellatione opus est.
198 Decreti violentia effectus durat, donec aditus superior iterum remittat causam inferiori, quo ulterius non ligatur, & multo minus superior, cui non est directum.
199 Decretum violentia ob non delatam appellationem quintuplex genus reperitur dumtaxat sive iudex sit delegatus, conservator, executor aut ordinarius.
200 Decretum violentia primu genus locum habet, quando iudex non obstante legitima appellatione, utriusque Salgado de protect. Reg.

- effectum habente, exequi vult, & negat delationem.
201 Huius decreti forma inseritur.
202 Senatus Regii non pronuntiant principaliter de justitia appellationis, sed causative.
203 Decretum violentia secundum genus datur, ubi reperitur appellationem non rite, aut non recte interjectam, & etiam in casu privilegiato, si tamen ejus sit ex progressu natura alterata, & variata.
204 Decreti secundi generis forma inseritur.
205 Decretum violentia tertium genus est conditionale, seu mixtum, participans ex primo, & secundo, conditionaliter tamen.
206 Decreti conditionalis forma inseritur.
207 Decreti conditionalis materia, remissive.
208 Decreto conditionalis non dicitur iudice vim facere ob non impletu id, quod conditionaliter sibi apponatur.
209 Decreto condicionali us locus sit, debet pro conditione apponi id, quod etiam cessante decreto iudex poterat de jure facere licite.
210 Decreto violentia condicionali ut locus sit, necessaria est legitima appellatio a gravamine, suspendens de jure ejus executionem.
211 Decreti violentia quartum genus decernitur, quando deficit appellatio, que est fundamentum essentialis, quo fundatur violentia, & recursus, super quo nihil decernit Senatus.
212 Decreti violentia quarti generis forma.
213 Decreti violentia quintum genus datur, quando visio processu reperitur, ordinariam non fuisse intimatam parti, aut iudici.
Hoc concipiatur decretum que non viene en estado, ibid.
214 Decretum, que por agora no axe fuerça, y se buelvan los autos al notario, &c. quibus casibus datur.
215 Cavallos communiter Senatos, & advocati conterrunt super conceptione decretorum a se facta.
216 Decretum absolutum (vim non fieri) & decretum, el proceso no esta en estado, multum dissimilia sunt, & non idem: ut putavit Cevallos.
Et de ratione differentia late discutitur, ibid.
217 Cavallos reprehenditur dicens, quod Sedatus revocat executionis acta casu, quo executio non debuit fieri pendente appellatione.
218 Decreta violentia, que de legos dicuntur, annullanda decernunt gesta a iudice Ecclesiastico contra laicum, & quare.
219 Cavallos reprobat.
220 Cavallos in interpretatione l. Regia 36. ibi, alçando la fuerça, reprobat.
221. 222. 223. 224. & 225. Cavallos in conceptione decreti, de quo ibi, maximum praeibit scandalum Senatoribus, & peritis advocatis.
226 Iudicibus duobus se adinvicem inhibentibus super competentia jurisdictionis, quemadmodum est recurrendum ad Senatum per viam violentiae, & quod decretum datur.
227 Cavallos reprobat in conceptione decreti super appellatione a delatione appellationis in via executiva, & segg.
228 A delatione appellationis in via executiva regulariter appellatio est legitima, & quem parat effectum.
229 Decretum tertium genus datur in appellatione a delatione appellationis in causa executiva.
230 Decretum violentia conceptorum per Cavallos vix aliquo vitio caret.
231 Decretum violentia nullum genus appellationem, supplicationem, etiam ad Principem, nec aliquem recursum admittit.
232 L. 25. tit. 1. 2. recop. refertur prohibens supplicari, aut appellari ad Cancellaria Vallisoletanã a decretis latis in Senatu Gallicie super cognitione per via violentiae.
233 Decreta violentia non admittunt revisionem, sicut nec appellationem, quia equiparantur.

E 3

Decreta



234 Decreta violentie non admittunt nullitatis allegationem.

235 Cavallos reprobatur in ratione assignata, quare a decretis violentie non datur appellatio.

236 Ab actibus extrajudicialibus, & a iudice extrajudicialiter procedente datur appellatio.

237 Decretum violentie quorum provisio expeditur, & quorum sufficiat certificatio Secretarii Regii tribunalis.

238 Lex Regia, ibi, con. condemnatione de costas, si los pasciere, interpretatur.

239 & 240 Expensarum condemnatio tunc fieri potest dumtaxat, quando Senatus declarat, vim nullam fecisse iudicem Ecclesiasticum, & de ratione,

241 Expensarum multa est quid consequituum, & accessorium ad cognitionem extrajudicialis defensionis, & ad illius perfectionem.

242 Iudex se incompetentem declarans, potest in expensis condemnare.

243 Iudex Ecclesiasticus, qui vim intulit, an possit expensis mulctari.

244 Qui partem affirmativam tenuerunt.

245 Iudicem Ecclesiasticum vim inferentem non possit in expensis mulctari, verius ostenditur.

246 Expensarum condemnationem fienda in decretis violentie nullibi scriptum reperitur, nisi in d.l. 36. que ut exorbitans no extenditur ultra casu, de quo loquitur.

247 L. 36. Regia, que de expensarum condemnatione loquitur, habet locum contra partem.

248 Iudex secularis potest condemnare in expensis clericum vim inferentem, & spoliantem, cujus cognitio in pluribus Christianorum ditionibus practicatur remissive.

249 Iudex Ecclesiasticus inobediens provisionibus Regis, sive ordinariis, sive a la sobre carta mulctatur in expensis.

250 Clericus si dolose petat auxilium violentie, an possit in expensis mulctari.

251 Expensarum condemnatio supponit jurisdictionem.

252 Clericus si usque ad diffinitivam distulit declarare, quis iudex, an idem secularis, an Ecclesiasticus damnabit in expensis.

253 Clericum abutentem Regio recursum posse in expensis mulctari, probabiliter resolvitur.

254 In laicorum decreto locum habet expensarum condemnatio.

255 Provisio de autos diminutos, quando concedatur cum termino, & expensarum multa, nisi adducantur intra illum.

256 Provisione intimata parti appellata, & ultra terminum comparens, & reperiens absentem querelantem, quando expensarum refectionem petere poterit.

257 Regii Senatores possunt damnare in expensis impetrante beneficia iniuste.

258 Expensarum prestatio tunc respicit jurisdictionem, quando iudicio formato sit earum condemnatio, secus extrajudicialiter.

259 Iudex incapax non potest clericum differentem declinatoriam in expensis condemnare.

260 Articuli vestiuntur natura cause principalis, que si est summaria, & illi etiam sunt summarii, & inappellabiles.

261 Appellatio sui natura supponit iudicium, si tamen interponatur a iudice extrajudicialiter procedente, dicitur extrajudicialis, & distincta a iudiciali.

262 Cavallos opinio reprobatur.

263 Provisioni Regia inserto decreto violentie intimata tenetur iudex, libenter adimplere, deferre, & reponere.

264 Provisioni Regia inserto decreto condicionali iudex obtemperet cui licebit alterum ex alternativis eligere,

265 Jussio secundo, dicta sobre carta, quando expeditur, & cum quibus comminationibus, & expensis.

266 Provisioni secunde dicta sobre carta si iudex non pareat, tertia expeditur, ut si adhuc sit contumax, compareat in Senatu, & proceditur usque ad ejus temporalitatum, & originis amissionem.

267 Provisionibus, & mandatis Regis tenentur obedire clerici, & Pralati Ecclesiastici.

268 & 272 Regibus subsunt Ecclesiastica persona in iis, que tangunt regimen, & ordinem potestatis, & ad eorum invocationem tenentur accedere.

369 Regi tenentur Ecclesiastici Pralati obedientiam, fidelitatem, & reverentiam observare.

270 Regi ratione domicilii Ecclesiastica persona subdita sunt.

271 Consilium supremum Regis solet precipere Episcopis, Monachis, & aliis Ecclesiasticis personis coram Senatur comparere.

272 Principi potius, quam Archiepiscopo tenentur Episcopi obedire, cum sint Regii Consilarii.

273 Provisionibus mediantibus Rex interponit auxilium suum, & nudam defensionem ad elevandam vim.

274 Provisionibus Regis violencie si iudex adeo sit protervus, & rebellis ut non obtemperet, potest Rex illi jubere, ut a suis Regnis exeat, & in amissionem originis, & temporalitatum condemnare.

275 Quod in omnibus ditionibus Christiana religionis practicari testantur Doctores citari.

276 Rex in executione protectionis naturalis, & nuda defensionis non procedit ex potentia jurisdictionis contentiose, sed potestatis politica, & economica.

277 Rex supremus potest a Regno suo expellere clericos vim notoriam inferentes suis vassallis, & turbatores pacis publicae, & jurisdictionis, & precipere, ne ad sua Regna accedant.

278 Pater, seu dominus privatus potest filium, seu famulum suum clericum e domo ejicere ob ejus pacem, & quietem virtute potestatis politica.

279 L. unica, Cod. de emendatio. propinquorum, ponderatur.

280 Navarri opinio refertur circa interpretationem Bulla in Cena Domini.

281 Protestatio Authoris.

282 Bulla in Cena Domini interpretatur, & declaratur circa expulsionem clericorum a Regno.

283 Verbum (ejicientes) quo utitur Bulla in Cena Domini, intelligitur de violenta, & tyrannica ejectione.

284 Una pars alternativa alteram declarat.

285 Defensionis modus, quo utuntur suprema tribunalia, continetur sub limitibus protectionis naturalis.

Text. mirabilis in c. ut fama, de sent. excommuni. ponderatur, ibidem.

286 Moderamine inculpatæ tutelæ tunc servatur, quoties id fit, quo omisso vis tolli non potest.

287 Modo magis suavi, ac pelitico, minusque damnosa Ecclesiastice libertati uti Rex non potest, ad tollendam violentiam cum effectu, si iudex sit rebellis, cum illum per carcerem compelleret non potest.

288 Imputati non potest facienti id, si aliter violentiam tollere non poterat.

289 Principi concessa violentiarum propulsatione, & vi oppressorum, etiam Ecclesiasticorum protectione naturali, sibi intelliguntur concessa omnia ad id necessaria.

290 Finis cui conceditur, concessa intelliguntur omnia per que devenitur ad finem.

291 Concessio extenditur ad ea, que consequuntur veniunt ad dispositionem.

292 Jurisdictione concessa, concessa censentur omnia, sine quibus exerceri non potest.

293 Regnum conceditur, necessariò conceduntur omnia, sine quibus gubernari non potest.

264 Principali concessa, concessum intelligitur quod venit ex natura actus, de quo dispositio loquitur.

Princi-

295 Principali concessa censetur concessum quod venit consequitur, & accessorie ad illud.

296 Principi concessa facultas levandi violentias, de vento serviet, si debitum non haberet exitum, & careret effectu.

297 Formam qui dat, & ea dat, qua consequuntur ad ipsam, secundum Philosophum.

298 Natura humana non potest esse destituta remediis ad sui conservationem necessariis.

299 Fine ex bono bona praordinatio presumitur.

300 Cavallos opinio reprobatur asserentis, Senatores Regios posse uti jurisdictione, quando foret necessaria ad expediendum articulum violentie.

301 Reponere, & deferre sunt necessaria ad tollendam violentiam, qua in illis consistit.

302 Iudici Ecclesiastico remittit Senatus delationem, & reprobationem faciendam, cui hoc competit.

303 Violentia licet remaneat, & adhuc subsistat ob iudicis proterviam, tamen Princeps non se intromittit in ea tollenda, deferendo, & reponendo, licet iudex e Regno extrahendus.

304 Cavallos opinio si foret vera, omnia in comprobationem cognitionis per vim violentia subvertentur.

305 Temporalitates clericorum qua dicantur, ut occupari possint, ob eorum proterviam & contumaciam.

306 Senatores in executione violentie decreti, & pœnarum, summa procedant prameditatione, moderatione, ac modesta consideratione, ne excedendo iusta defensionis limites incidant in censuras Bullæ.

**D**E theoria nostræ Regiæ cognitionis per viam violentiæ amplissimè, & dilucidè supra, cap. precedenti, præ omnibus tractavi; quo probavi, præcipue præludio 3, in ea non procedi judicialiter, sed extrajudicialiter, & absque umbra seu vestigio jurisdictionis, quam non patitur, nec indiget subiecta materia, & res de qua agimus, vel potius super qua cadit cognitio, nec forma, ac modus procedendi omnibus iudicii substantialibus, & apparatus destitutus, illam admittit, prout de cætero monstrabimus, nihil enim in ea reperitur jurisdictionale, quia est nuda potestas, naturalis defensio, auxilium politicum, economica tutio, permessa facultas, & licita vis, charitativa protectio, propugnaculum violentiæ, asylum vi oppressorum, tutus accessus, legitimus recursus, & vis protectiva, & propulsiva, quæ vis iniusta iuste repellitur, ac à Principe supremo propulsatur, cujus proprium officium est, vi oppressos liberare; non quidem iudicii ordine servato, sed de facto, & per rei evidentiam, ut praxis vulgaris observat, de qua, & ejus difficultatibus (quæ ingentes sunt, & innumerabiles penè) hoc in capite, & tota hac prima parte erit explicite tractandum, & quicquid nocibile fuerit sectatum ab aliquibus, eadem praxi, horumque negotiorum cursu carentibus, & styli ignavis refecandum & dammandum, ne aliquando forsitan nostrum salubrem receptum, & iustissimum procedendi modum inficiat, & detrectet: cujus intentione, & legitima causa à pluribus doctissimis, providis, & expertis viris, Senatoribus, & advocatis sui persuasus, ut nostrum nunc in publicum ederem laborem, utilissimum, & proficuum fore toti Christianæ Religionis, & utriusque Reipublicæ Ecclesiasticæ, & temporalis, atque omnium subditorum paci, & quieti, iudicantibus.

6 Cum igitur naturalis defensio debeat adhiberi cum moderamine inculpatæ tutelæ, non excedendo limites, & modum legitime defensionis; quod tunc accidit, quando id fit, sine quo vis propulsati non potest, nec aliter periculum evitari, gloss. in c. significasti, 2. de homicid. Bart. in l. 1. C. unde vi, Abb. in cap. olim. n. 15. de restit. spol. prout latè prosequitur plures referens Prosperus Farin. conf. crimi. 35. nu. 31. cum seqq. & nonnulla

Tiraquel. in tract. de penis temper. à n. 7. ideo ut hæc nostra cognitio, & naturalis defensio legitima sit in Principe protegente populos sibi subiectos, & oppressos injustè à iudicibus Ecclesiasticis, pariter esse debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, non excedendo limites, & permisos modos legitime defensionis, & protectionis (id est, salva semper in omnibus Summi Pontificis autoritate) in terminis probant Simanc. de Cathol. institut. titul. 45. nu. 35. Cæned. 35. in collecta, ad decret. colum. 5. n. 3. l. 1. & iterum pulchrè in quest. Canon. 45. num. 6. & nu. 25. idem probat Sese in tract. de inhib. cap. 8. §. 4. nu. 3. 12. 13. & 14. ubi dicit quod iudex repellens violentiam, non excedat modum inculpatæ tutelæ; ita ut in repellenda vi debeat contentari, & eoque suam autoritatem interponere dumtaxat, quantum sufficit ad tollendam vim, aliàs autem si ultra quàm ad id necesse sit, se intromittens causam tractet per omnes iudicii tramites, non bene faceret, nec sine serupulo incursum censuratum Bullæ in Cena Domini. Sicut secus esset (inquit ille) quando tantum cognitionis adhiberet, quantum necesse esset, ad tollendam vim, & ad restituendum negotium, de quo agitur; ad pacificum statum, in quo ante vim erat; qui iterum d. numero 3. dixerat, fundamentum violentiæ id solum operari, & inducere, ut scilicet, sæcularis vim tollat extrajudicialiter, & per modum extrajudicialis, & charitativæ defensionis, aliqua tamen cognitione adhibita circa violentiam, non autem iudiciali, inferens ex hoc post alios, qui intra iustos limites hos recursum habuerint ad sæcularem, ad nudum auxilium dumtaxat nullas incurtere censuras, idem tenet in §. 3. sub n. 85. & Navarr. in manuali Latino, cap. 27. nu. 69. hoc idem dixit Suarez in lib. 4. de immunita. Ecclesiast. de defensio. fid. Cathol. cap. 34. à n. 30. ibi: Sexta, & ultima excusatio est; iusta defensio Regni, aut innocentium, vel propria. Et hæc est valde usitata in Regiis tribunalibus, quia per se, & generatim spectata habet magnam quandam speciem illius naturalis æquitatis, quàm vim vi repellere licet, nam defensio ex suo genere omnibus licita est, si necessaria sit, & debito modo fiat, unde etiam contra Papam licitam esse Regibus, vel Ecclesiæ, cum Cajetano in opusculo de potestate Papa, c. 27. & Victoria relectione 1. de potest. Ecclesiæ, n. 8. seu proposit. 8. Covar. & multis modernis scriptoribus Hispania. Hæc ille.

Hanc etiam nostram conclusionem probant expressè plures Rotæ decisiones, ut in una Cæsar. Augustana juris eligendi coram Oradino 7. Februarii 1561. & idem fuit tentum in alia Vercellensi iactationis Parochialis de Aldea coram Paleoto sub die 27. Junii 1561. ut est in recollectis per eundem Paleoto de decis. 372. in Princ. dubium erat, quibus dictum fuit, quod recursus ad Regium Consilium legitimus est, ad finem dumtaxat propulsandæ violentiæ, extrajudicialiter procedendo; secus si in auxilio præstando debitus modus, & solitum excedatur, procedendo ad actus jurisdictionales; quas referens sequitur ad idem Eancel. Robert. de attempta 2. part. cap. 4. lim. 1. n. 38. videndus à n. 36. & magis clarè, ac expressius hoc idem probatur in aliis Rotæ decisionibus citatis supra c. 1. in responsione ad 9. 14. argum. à n. 254. & etiam per aliqua in prælud. 5. quibus dicitur, quod per huiusmodi defensionis legitime excessum inciditur in censuras Bullæ in Cena Domini.

Et quid mirum, quia in re hac defensio naturalis, & Bulla Cæne Domini vicinæ sunt, & contiguae, & una cum altera confinat, & utraque sub uno, & eodem limite est, scilicet; legitimus, & debitus modus, quo utraque distinguitur, & separatur, quæ legitimos limites defensionis excedens indubitabile est, ut ingrediatur, & incidat in censuras Bullæ & expressè probant ejus verba cap. 14. ibi, sub prætextu violentiæ prohibendæ, &c. hoc est, si sub colore violentiæ tollendæ, &